


Johann Cothmann

**Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Cothman ... Ad Exequias Quas ...
luveni Johanni Schuckmanno, S.S. Theolog. Studioso adornabunt Moestißimi
parentes Omnes omnium ordinum Cives Academicos, quo par est studio hortatur**

...

Rostochii: Kilius, 1644


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777427184>

Druck Freier  Zugang



Cothman, J.,
in
J. Schuckmann.
Rostock, 1644.

12.



RECTOR
Universitatis Rostochiensis
JOHANNES COTHMAN,
S. S. Theologiæ Doctor &
Professor,

Ad
EXEQUIAS
Quas
Magna expectationis & pietatis
insignis Juveni

JOHANNI
SCHUCKMANNO,
S. S. Theolog. Studioſo

adornabunt
Mæſſiſſimi parentes
Omnes omnium ordinum Cives Aca-
demicos, quo par est studio hortatur,




Conventus fiet ad hor. 1. in
Ede Jacobæ.

☞ (○) ☞
ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Academiæ Typographi

ANNO M. DC. XLIV.

156



RECTOR

Universitatis Rostochiensis

JOHANNES COTHMAN,

S. S. Theol. D. & Professor.



Onestæ educationis magnam semper fuisse, & etiamnum esse virtutem, nemo nisi rerum ignarus diffitebitur. Quod si enim verum, vulgò quod dicitur: Quod nova testa capit inveterata sapit. Multo magis id obtinebit in tenellis puerorum juvenumq; mentibus, ubi certe multum interest, quibus artibus moribusq; instituantur; Nam quo semel est imbuta recens servabit odorem, testa diu: & à teneris boni aliquid assuescere, magnæ utilitatis est. Horatius naturam alicujus rei considerans, illam difficulter expelli posse ait, cum Fuscum Aristium ita alloquitur:

*Naturam expellas furcâ, tamen usq; recurret
Et mala perrumpet furtim fastigia victrix.*

Bona educatio licet non sit ipsa natura, illam tamen quodammodo simiæ ad instar imitatur, ut rectissimè dictum sit: Quod natura negat, reddere cura potest: sicuti enim vitis generosissimum producit fructum, quo dicente scriptura.

DEUS

DEUS & homines honorantur, sed tamen fulcris
nonnullis ac pedamentis quibusdam indiget.
Non aliter juvenes, qui per naturam eheu cor-
ruptam, plerumq; cerei sunt in vitia, bonæ edu-
cationis subsidio, in viam rectam virtutis ita per-
ducuntur, ut habitu contracto, ne latum quidem
unguem ab honestatis ac pietatis tramite devi-
ent. Ne longius in thesi commoremur, exemplo
nobis est piè denatus juvenis J O H A N N E S
Schuckman/ cui jam ultimum humanitatis per-
solvimus officium: ille enim à teneris Unguicu-
lis piè & honestè educatus, tantos pietatis, erudi-
tionis, ac honestatis fecit progressus, ut alij ejus
exemplum meritò imitentur. Et si votis locus,
optandum fuisset, juvenem hunc optima quæq;
nobis in tenella ætate promittentem, in DEI ho-
norem, & Ecclesiæ, cujus ministerio sese unicè de-
voverat, emolumentum, diutius supervixisse.
Sed aliter placuit Jehovahæ, cujus viæ non sunt si-
cut nostræ, in illius benevolâ voluntate humili-
ter nobis acquiescendum. Natus autem est piè
defunctus noster JOHANNES Schuckman/ hîc
Rostochij 9. Augusti Anni 1623. inter 6. & 7. ma-
tutinam. patre Viro Amplissimo Clarissimo &
Consultissimo DN. HENRICO Schuckman/
J. U. D. & Codicis in hac nostra Universitate Pro-
fessore publ, Collega & amico nostro honoran-
do.


do. Matre ANNA Stechowen / Matrona dum
vivebat laudatissima, quam ante novennium in
æterna tabernacula translata, filius dilectissi-
mus (quod in ipso mortis agone unice optabat)
nunc sequitur. Avus paternus illi fuit HER-
MANNUS Schuckman / Civis Osnabrugensis
honestissimus. Avia paterna ANNA Störcken/
matrona laudatissima. Avum maternum habu-
it ALBERTUM Stechow / Civem hujus urbis
primarium, & templi petrini præfectum Vigilan-
tissimum. Aviam verò Maternam AGNETAM
Pegels Matronam virtutibus sexui fæmineo
competentibus exornatam. Natus hisce mayo-
ribus ac parentibus, per lavacrum regeneratio-
nis ac renovationis, Baptismum videl. Christum
induit, & ab ipsis cunis ad preces aliq; pietatis
exercitia fidelissime à parentibus assuefactus fu-
it. Permittente ætatis conditione prima litera-
rum fundamenta sub privatis præceptoribus fe-
liciter jecit. Et fundamento bene jacto S. S.
Theologiæ studium, cujus amore ab ipsa pueri-
tia ducebatur, conjunxit. Et peculiari aliqua
ratione ad Theologiæ adyta perductus fuit, cum
enim gravem aliquam, divinâ assistente gratiâ,
superasset tentationem, voto singulari ad Theo-
logiæ studium sese obstrinxit, & quantum illa
ætas tulit, præmissis sonora voce ad DEUM præ-
cibus,

cibus, additis nonnunquam lacrymis, diligenter excoluit, & fundamentum Theologiæ scripturæ sacramentum assidue legit. Et quia Biblia lecta placent, decies repetita placebunt, sæpius relegit. Postquam in solo patrio tantos bonarum literarum fecisset profectus, unà cum fratribus tribus adhuc superstites in Academiam Gryphiswaldensem ablegatus fuit. In quâ non turpi otio, aut Diabolicis helluationibus, ut multis hodie solemne indulget, sed finem curæ eò missus considerans, literis fervidè incubuit, cujus rei testis est Vir Reverendus & Clarissimus DN. JOHANNES BERINGIUS, antea Mathematicum, nunc verò S.S. Th. Professor, & templi Mariani Pastor fidelissimus. Sub cujus Præsidio disputationem habuit publicam, non sine omine, de *Summo Bono*. Qui enim vivus summum Bonum quæsivit, jam mortuus ratione animæ S. Bonum invenit, & invento sine facietate fruitur. Rostochium reversus, telam quam incepit, feliciter pertexere conatus fuit, ac verbi divini scrutinium, non ex impuris sæpenumerò translationum rivulis, sed ex ipsis fontibus, unde dulcius bibuntur aquæ, instituit. Et linguæ sanctæ adeo amans fuit, ut in agone constitutus illius oblivisci non potuerit: Contendit enim à Dn. Fratre, ut versus aliquot ex Deuteronomio sibi Hebraicè recitaret, quos ipse Latino sermone statim reddidit. Quia verò glebæ semper adhærere patriæ in gloriam est, proinde defunctus no-

ster peregrinationum expendens utilitatem, præteri-
to verè præcipuas urbes, & quæ in iis notatu digna e-
rant perlustravit; Districtum Gronigensem, Frisien-
sem, Episcopatum Trajectinum, & cum primis comi-
tatum Hollandicum juxta cùm Dn. Fratre peragravit,
& notanda sedulò observavit, audiens istic locorum
publicè docentes, privatim quoq; sermones cum
viris celebrioribus miscuit, & doctior domum rediit.
In qua peregrinatione hoc peculiare piè defuncto no-
stro accidit, ut omnes mundi vanitates, quæ in magni-
ficis ædium structuris, aliisq; cibi ac potus, tum & ve-
stimentorum excessib⁹ conspiciuntur, corde vultuq;
aversatus fuerit, & verum peregrinationis finem ex-
emplo suo ista ætate raro, non obscure indicarit. Do-
mum rediens cùm morbo, prævia spontanea lassitu-
dine, & subitanè virium omnium prostratione con-
flictari cæpit 9. mensis currentis die. Qui initio latens,
elapso quadriduo in morbillos prorupit, ad quos ple-
nè expellendos Dn. Medicus vir Clarissimus & Expe-
rientissimus D. MICHAEL Neufrank Senior, nihil in-
termisit, sed medicamentis curæ huic necessariis usus
fuit; At non in medico semper releverit ut æger: & si-
ne dubio voluit divina bonitas pium nostrum defun-
ctum mundi immundi vanitates (quas Spir. S. *πλὴν φαν-
τασιῶν* nuncupat) toto pectore detestantem, maturè in
ipsa juvenili ætate hinc ad se vocare. Ne diutius cum
seculi præsentis perversitatibus colluctandū sibi am-
plius.


plius esset. Nudi⁹ quartus igitur qui erat 17. mensis hu-
jus Septemb. cū circa 10. antemeridianā morbi im-
petum persentisceret, terminum vitæ suæ à DEO sibi
definitum instare affirmabat. Et licet Lugduni Bata-
vorum, ante septem hebdomades in Ecclesiâ γησιῶς
Lutheranâ corporis & sanguinis Dominici in S. Eu-
charistiâ particeps factus fuisset: tamen anxie & ma-
gno cum desiderio denuò sibi idem hîc conferri, tan-
quam pretiosissimum salutis pignus petiit. Cumque
ratione officii vir Reverendus & Clarissimus Dn. M.
CHRISTIANUS MICHAEL Confessionarius ejus
aliò vocatus esset, & periculum in mora esse videba-
tur, vir Reverendus Dn. M. JOHANNES CORFI-
NIUS illius vices supplevit, & piè defuncti nostri con-
fessionem πληροφορίας fidei plenissimam audivit. Et
ad stuporem usque efficax fuit in debili hoc corpo-
re victrix salvatoris gratia, dum Dn. Parente, matre
fratribus adhuc superstitionibus Dn. Hermanno Profes-
sore Th. ordinario, Henrico & Cunrado præsentibus,
se magno teneri desiderio JE sum à facie ad faciem vi-
dendi affirmavit. Symbolum suum ex 2. Cor. 12. v. 9.
Virtus Domini in infirmitate perficitur aliquoties piè de-
functus noster repetebat. Admonitus, ut quietise da-
ret, positus jam sum in verâ quiete, respondebat, sive
enim vivam, sive moriar Domini sum. *Scio quod
Redemptor meus vivit, & hac ipsâ carne mea videbo Domi-
num meum. A DEO meo nunquam me abstrahet pessimus
ille*

id nebulo Sathan, quem nihili facio cum toto mundo, minus enim nocere potest quam musca. Amantissimo Dn. Parenti & fratribus charissimis valedictur^o, discite, inquit, meo exemplo vitam in Christo vivere, & in Christo ex hac vitâ discedere, cætera in mundo vanitates sunt & stercore: jam in me videtis, quid possint preces fideles. Dicta Evâgelica, psalmos Davidis, aliasq; piâs meditationes ipse recitabat sibiq; in individuo applicabat, additis multis verbis fiduciæ christianæ plenissimis, quæ chartæ hujus angustia non capit. clausis paulisper oculis sed post paululum apertis, accersito amantissimo suo Dn Parente, Matre, fratribus. Si sciretis inquit, quantam gloriam ego viderim, & quam ineffabile gaudium senserim, non doleretis; nunc enim vidi Jesum meum & prægustum habui vitæ æternæ &c. paulò post addebat: mox videbitis me extinctum iri ceu lychnum, ideo mihi ipsi cantabo cationem valedictoriam; & clara voce canebat; ad sequendum hortatus astantes *Mit Fried und Freud ich fahr dahin/ &c.* absolutâ cantione, illa, pergite inquit canendo *Wenn mein Stündlein vorhanden ist/ &c.* cumq; perventum esset ad hæc verba: *So fahr ich hin zu Jesu Christ/ mein Arm thue ich ausstrecken /* moto capite & sublatis ad cælum brachiis, mox aiebat amplectetur me Jesus meus. Cui statim subjunxit: Domine Jesu commendo animam meam, quam pretiosissimo tuo sanguine mercatus es, in manus tuas fidelissimas. His ita peractis circa 5. vespertinam sine ullo mortis sensu & indicio, piè & placidè obdormivit, voti factus compos, desideratissimæ unionis toties expetitæ cum Jesu. Hujus piissimi dum vivebat Juvenis corporis exuvias parentes mœstissimi, omnium nostrum matri reddere hodie hor. i. in æde Jacobæa constituerunt. Vos ergo cives Academicî, non solum in gratiam Dn Parentis viri Amplis. Profess. Universitatis nostræ clarissimi, sed & ob defuncti pietatē vos mundi vanitates fugere docentem, & ad similem *εὐσέβειαν* instigantem, frequentes funeris processum exornabitis. Et inter eundem pro beato ex vitæ hujus ergastulo exitu, DEUM orabitis. P. P. propositū sub sigillo Rectorat. 20. Sept. An. 644.





plius esset. Nudi⁹ quartus igitur qui erat
jus Septemb. cū circa 10. antemeridia
petum persentisceret, terminum vitæ su
definitum instare affirmabat. Et licet L
vorum, ante septem hebdomades in E
Lutheranâ corporis & sanguinis Domi
charistiâ particeps factus fuisset: tamen
gno cum desiderio denuò sibi idem hîc
quam pretiosissimum salutis pignus per
ratione officii vir Reverendus & Clariss
CHRISTIANUS MICHAEL Confessio
aliò vocatus esset, & periculum in mora
tur, vir Reverendus Dn. M. JOHANN
NIUS illius vices supplevit, & piè defunct
fessionem *πληροφορίας* fidei plenissimam
ad stuporem usque efficax fuit in debili
re victrix salvatoris gratia, dum Dn. Par
fratribus adhuc superstitionibus Dn. Herm
fore Th. ordinario, Henrico & Cunrado
se magno teneri desiderio JE sum à facie
dendi affirmavit. Symbolum suum ex 2.
Virtus Domini in infirmitate perficitur aliqu
functus noster repetebat. Admonitus, ut
ret, positus jam sum in verâ quiete, respo
enim vivam, sive moriar Domini sum.
*Redemptor meus vivit, & hac ipsâ carne mea
num meum. A DEO meo nunquam me abst*



hu-
im-
sibi
ta-
sius
Eu-
na-
an-
que
M,
jus
ba-
I-
on-
Er
o-
re
ef-
us,
vi-
9.
de-
la-
re
od
ni-
us
ille